¶ Interrogatiões ꝛ doctrine quibus qlibet ſacerdos debet interrogare ſuū cōfitentem.

Hic ſunt multa vtilia pro Confeſſoribus ad introducendum gentes ſimplices.

¶ Primo qualis debet eſſe cōfeſſor. Quō confeſſor docebit confitentem. Qualiter confeſſor cōfortabit penitentem. Quō confeſſor ordinat confeſſionem. Que ſunt per cōfeſſorē cauenda. De inquiſitione confeſſoris ad confitentem. De modis querendi circa pctm̄. De querēdis circa peccata mortalia. De querēdis circa precepta legis. Que vota ſunt tenenda ꝛ que nō. Que iuramenta ſunt ſeruanda. Quibus confeſſor debet prohibere ne ipſi recipiant corpus xp̄i. Qualiter confeſſio eſt facienda.

Rubrica.

¶ Qualis debet eſſe confeſſor.

¶ Primo debet eſſe dulcis in corrigēdo. Secūdo prudēs in iſtruēdo. Tertio pius in puniēdo. Quarto affabilis interrogādo. Quinto ſuauis in ꝯſulendo. Sexto ſit diſcretus penitentiā iniungēdo. Septimo ſit mutus ꝯfitentē audiendo. Octauo ſit benignus in abſoluēdo. Unde

verſus. Cõfeſſoꝛ dulcis pꝛudẽs pius affabiliſq;
Suauis ⁊ diſcretus mutus ſit atq; benignus.
Hec octo tibi pꝛecipiunt iura teneto.

Q̃uo confeſſoꝛ docebit cõfitentem.

Primo cõfeſſoꝛ recipiat benigne ⁊ gratioſe confitentem dũ venit. Itẽ faciat confitentẽ eſſe iuxta latus ſuũ. Itẽ dicat ei ꝙ cõfitetur vicario xp̄i. Itẽ dicat ei ꝙ ſignet ſe ſignaculo ſctẽ crucis dicendo: in noĩe patris ⁊ filij ⁊ ſpiritus ſancti.

Q̃uo cõfeſſoꝛ cõfitentem cõfoꝛtabit.

Primo oſtendet ei ꝙ xp̄s moꝛtuus fuit pꝛo nobis pctõꝛibꝰ. Itẽ ꝙ ipſe ẽ pius ⁊ miſericoꝛs. Itẽ ꝙ ſibi indulgebit ſi cõfiteaſ. Itẽ ꝙ ſanctus Petrus negauit xp̄m. Itẽ q̃uo ſctũs Paulus pſequebaſ xp̄m. Itẽ ꝙ ſctũs dauid fecit homicidiũ. Itẽ de pctõ btẽ Marie magdalene. Item de cananea capta in adulterio. Et tamen oẽs iſti ſunt ſanctificati; qꝛ penituerũt ⁊ cõfeſſi ſunt. Item ꝙ melius eſt detegere pctm̃ ſuum in hoc mũdo vni ſacerdoti q̃ʒ coꝛam omnibus in alio mundo; ⁊ cum hoc ꝑpetue damnari.

Q̃uo cõfeſſoꝛ oꝛdinat cõfeſſionem.

Primo audiat cõfeſſionẽ generalẽ; deinde

audiat cõfeſſionez ſpecialẽ. Primo de quinqꝫ ſenſibus corporis. Deinde de ſeptẽ pctĩs mortalibus. Item de decẽ pceptis ſacre legis. Itez de duodecim articulis fidei. Item de ſeptem ſacramẽtis eccłie. Itẽ de opibus miſericordie tpalibus ⁊ ſpiritualibus. Itẽ de cõfeſſione nõ debite facta. Itẽ de penitentijs nõ debite cõpletis. Item de participando cum excõmunicatis.

¶ Que ſunt cauenda p confeſſorem.

¶ Primo caueat cõfeſſor ne q̃rat de peccatis ſingulariter ſꝫ in generali. Itẽ non q̃rat cõfeſſor cũ quo vel cũ qua cõfitens peccauerit. Itẽ ne vituperet confitentẽ nec eũ reprehẽdat vſqꝫ in finẽ. Itẽ nõ reſpiciat ꝯfitentẽ in facie. Itẽ nihil interroget donec cõpleuerit. Itẽ nõ petat cõfitenti: qs fecit te peccare qꝛ nullũ debꝫ accuſare.

¶ De inq̃ſitiõe cõfeſſor erga cõfitentẽ

¶ Primo petat ei ſi ſciat Pater nr̃: aue maria: Credo in deũ: ⁊ articulos fidei: ⁊ decẽ pcepta legis. Et ſi neſciat precipiat ei q̄ addiſcat. Itez querat ab eo ſi ſit excõicatus. Item ſi cõpleuerit ſuas penitentias. Item ſi habet rancorem cõtra aliquẽ. Item ſi vere penitet de peccatis

Item ſi dimiſerit dicere vel obmiſerit aliquod peccatū. Item ſi velit ſe abſtinere a pctō. Item ſi velit obedire mandatis eccleſie. Item ſi habet voluntatem ſatiſfaciendi.

¶ De querendis per confeſſorem circa quodlibet peccatum.

¶ Primo querat cōfeſſor qd fecit confitens vt ſciat ſi ſit mortale vel veniale. Secūdo cui fecit qz grauius eſt pcutere clericū ꝙ laicū. Tertio vbi fecit quia deterius eſſet intra eccleſiā ꝙ extra. Quarto quare fecit qz pcutere malitioſe eſt peius ꝙ pcutere a caſu. Quinto qt vicibus fecit illud peccatū quia grauius eſt bis ꝙ ſemel. Sexto quō peccauit vtrū modo conſueto vel contra naturā. Septimo ꝛ vltimo quādo fecit: quia peius eſt in die feſto ꝙ in feriali.

¶ De querendis per confeſſorem circa decem precepta legis.

¶ Circa primū querit: ſi credidit i deū: articulos fidei ꝛ ſacramēta eccle: ſi adhibuit fidē ſortilegijs: ſomnijs: augurijs ꝛ incantatiōibus ꝛc. Si diligit fratrē ſuum xpianum ꝛ vellet ꝙ ſaluetur ſicut ipſe. Circa ſecundū querit ſi piurauerit ſe

ſi iurauerit deū ⁊ ſanctos ſine cauſa·ſi mēdacia·
dixerit·ſi vota fregerit· Circa tertium querat:
ſi feſta ſeruauerit·ſi quadrageſimam ⁊ vigilias
ieiunauerit· ſi tp̄s in ludis ⁊ in iocis ꝑdidit ⁊c̄·
Circa quartū· ſi parētibꝰ obediuit·ſi eis in ſuis
neceſſitatibus ſubuenerit ·ſi p̄latos ⁊ maiores
honorauerit · Circa quintū· ſi homicidiū fecit·
vel conſenſerit ·ſi ſubuenit infirmo in articulo
mortis·ſi fecit ꝙ mulieres nō cōciperēt· ſi fecit
ꝙ mulier fecit abortum· Circa ſextū·ſi detinet
mercedē ſeruoꝝ· ſi fideliter laborauerit ꝓ aliīs
ſi furtū ſciēt emerit·ſi ꝑditū notū ſibi obtinuerit·
Circa ſeptimū·ſi violauerit mulierē·ſi in partu
vel puerperio eam cognouit · Circa octauū·ſi
aliquē blaſphemauerit·ſi de ignotis ſibi diſpo-
ſuerit · Circa nonū· ſi vxorē vicini attraxerit·ſi
maritū pro ea vilipēderit·Circa decimū quere
ſi agros domos aut ſeruos ſui vicini cōcupiuit·

¶ De querēdis circa mortalia pctā·

¶ Circa ſupbiam quere·ſi iactet ſe ꝓpter ami-
cos vel ꝓpter diuitias·ſi credidit habere bona
ſua de ſeipſo·ſi crediderit ꝙ ſit bonus ⁊ iuſtus·
Circa inuidiā·ſi gaudet de malo alteriꝰ·ſi gau-

det cum aliys vituperat· ſi dolet de bona ꝛ vtilitate alioꝝ· Circa irã: ſi pcuſſerit aliquẽ· ſi fecerit vel dixerit alicui iniuriã· ſi voluiſſet eſſe mortuus in ira ſua· Circa accidiã: ſi vadit ad eccleſiam· ſi penitentias iniunctas fecit· ſi dixit ſepe Pater noſter; aue maria; credo in deũ· Circa auaritiã: ſi cupit aliena· ſi fecit vel prouocauit ſymoniam· ſi preſtitit ad vſuram· Circa gulam ſi cõtentus ſit de victu: ſi comederit multotiẽs in die· ſi querit victus nimis delicatos· Circa luxuriã: ſi de hoc ſepe cogitat· ſi mulierẽ attigit inhoneſte· ſi mulierẽ pro aliys procurauit·

¶ Que vota ſunt tenẽda ꝛ q̃ reprobãda·

¶ Votum eſt ꝓmiſſio alicui de aliquo bono facta cũ deliberatione· Votũ de re illicita nõ obligat· Votũ in ira factũ nunc nihil valet· Votũ nulli factũ non tenet· Votum p timorem factũ non tenet· Votum pueroꝝ nõ tenetur niſi poſt etatẽ legittimã ratũ ꝛ gratũ habeant· Votum peregrinatiõis vxoris non tenet ſine conſenſu mariti· Votũ vxoris factũ de ieiunio non valet niſi ſit de licẽtia ſui mariti· Votũ caſtitatꝭ in matrimonio factũ nõ valet niſi conſenſu amboꝝ·

Uotū factū impediens cōiugale nō valet neq̄
tenet in aliquo· Uotū ſerui nō liberi de intrādo
religionem non valet ſine conſenſu dn̄i· Uotū
peregrinationis de vltra mare non implet̄ ſine
licentia pape· Uotū ieiunij mulier̄ impregnate
non debet ſeruari propter periculum· Uotum
contra bonum publicum eſt irritum·

¶ Que iuramēta debēt ſeruari ꝛ q̄ non

¶ Juramentum eſt affirmatio vel negatio de
aliqua ſacre rei atteſtatione·

¶ Ad iuramenta tria requiruntur·

¶ Primo veritas in cōſcientia iurātis ꝛ firmit̄
ſciat illud quod iurat· Secundo requiritur iuſti
tia: ſcilicet ꝙ iuret illud quod eſt licitū ꝛ hone-
ſtum· Tertio requiritur iudiciū: ſcilicet ꝙ non
iuret ſine magna neceſſitate· Qui iurat ꝑ ſolem
ꝛ lunam per ignem ꝛ aquā ꝛ per talia peccat·
Qui iurat alicui obedire intelligit̄ i honeſtis ꝛ
licitis· Qui iurat aliq̄d peccatū nō debet ſuare
tale iuramentū· Qui iurat nō facere elemoſynā
vel non indulgere offenſam non valet· Qui
iurat de ſibi ignotis affirmatiue vel negatiue
multuꝫ peccat· Qui iurat de aliquo ſine aliqua

magna causa vel ſine neceſſitate peccat. Qui iurat cõtra bonos mores vel cõtra rẽ publicã: non tenet iuramentũ: nam peccaret grauiter: ſed debet confiteri eo ꝙ ſicut iurauit.

Quibus confeſſor prohibet recipere corpus xp̃i.

Nullus recipiat corpus xp̃i niſi prius fuerit debite cõfeſſus. Nullus recipiat corpꝰ xp̃i niſi priꝰ fecerit ſatiſfactionẽ ſi põt. Nullus recipiat corpus xp̃i niſi priꝰ fecerit penitẽtiã aut opꝰ miſericordie. Nullus excõicatus aut interdictus p̃ſumat recipe corpus xp̃i. Nullus inſenſatꝰ vel fatuus aut indiſcretꝰ recipiat corpꝰ xp̃i Nullus ep̃us ſciẽter in peccato debet recipe corpus xp̃i Nullus habẽs vomitũ vel tuſſim ſeu malũ ſtomachũ debet recipe corpus xp̃i. Nullus minor etate duodeciꝫ annoꝝ debet recipe corpus xp̃i Nullus h̃ns rancorẽ ꝯtra aliquẽ: nec aliqs dubitãs in fide catholica debet recipe corpus xp̃i. Nullus recipiat corpꝰ xp̃i poſt comeſtionẽ niſi in articlo mortis. Nota ꝙ q nõ recipit corpus xp̃i ſemel in anno peccat mortalr̃: ⁊ hoc niſi ſit de conſilio ſupioris ⁊ de licẽtia ſui confeſſoris

¶ Qualiter confeſſio eſt facienda.

¶ Qui ſe vult confiteri primo debet cogitare ad pctā que fecit ad fratrē ꝙ de oībus cōfiteatur ⁊ nulla dimittant ſi pōt memorari. Primo debet eligere capellanū bene ſapientē cui cōfiteat ⁊ hoc de licentia ſui curati vel ſuperioris. Secundo debet habere verā cordis contritionē ⁊ diſplicentiā de pctīs cū propoſito amplius non peccādi. Tertio requirit oris cōfeſſio peccata ſua integre confitēdo ſeipm̄ increpādo ⁊ nullū aliū ſi pōt bono modo accuſando. Quarto requirit opis ſatiſfactio vel volūtas ſatiſfaciendi cū poterit; iniurias per eū factas emendando; ablata ⁊ inuenta reſtituendo; ⁊ penitentiaꝫ ſibi iniunctam debite ⁊ integre adimplendo.

¶ De confeſſione in generali.

¶ Primo volens cōfiteri debet ſuū confeſſorē ſalutare. deinde ſe iuxta eū ad ſuū latus geniculare. ⁊ ſi eſt vir debet ſuum caputiū remouere; mulier vero non; imo debet tenere caputiū ſuū ante oculos ſuos dū confitet. Item confitens debet dicere benedicite; ⁊ ꝯfeſſor debet reſpondere dñs ſit vobiſcū. Amen. Deinde confitens

debet facere confeſſionē generalē dicendo ſic.
Cōfiteor deo oīpotenti ⁊ btē Marie virgini ⁊
oībus ſanctis ⁊ vobis pr̄i de oībus pc̄cis meis
que feci vſqȝ in hunc diem preſentē. de quibus
oībus peto a deo ⁊ vobis q̄ eſtis hic locūtenēs
Jeſu xp̄i miſericordiam ⁊ indulgentiam.

¶ De confeſſione in ſpeciali.

¶ Primo confiteat̄ de ſuis peccatis in ſpeciali
Primo de quinqȝ ſenſibus naturalibus ſui cor
poris quos male rexit ⁊ p̄ quos ſepe peccauit.
Primo de ſenſu viſus p̄ oculos in aſpiciendo
aliquā mulierem cū delectatione vel cū concu-
piſcētia idebita aut cū indignatiōe ⁊ diſplicētia
Secundo cōfiteor de ſenſu auditus qui ſit per
aures vana ⁊ inutilia auſcultando mala verba
⁊ inhoneſta de aliis libētiſſime audiēdo. Ter-
tio cōfiteor de ſenſu odoratus qui ſit per naſum
res odoriferas odorando: ſicut roſas: ſpecies:
⁊ ſimilia. Quarto d̄ ſenſu guſtus q̄ ſit in lingua
res delectabiles auide guſtando: comedēdo ⁊
bibendo. Quinto cōfiteor de ſenſu tactus qui
ſit in oībus partibus corporis maxime cū mani
bus mēbra mea illicite tangendo viros aut mu

literes amplectendo vel indebite oſculādo. De
inde cōfiteať de cogitatiōe ꝛ imaginatiōe que fit
in cerebro aut in corde cogitādo ꝛ imaginādo
cogitatiōes mltas malas ꝛ pūerſas. deinde cō
fiteať de ore ꝑ qḋ peccauit loquēdo ſepe cōtra
deū iurādo ꝛ male gratiando ipm̄ ꝓximos ꝛ
alios male diffamādo. deinde confiteatur de
pedibus ſuis qbus iuit ad loca inhoneſta ꝛ pro
hibita ſicut lupanaria ꝛ tabernas ꝛ torneamēta

¶ De ſeptem peccatis mortalibus.

¶ Poſtea confiteať de ſeptē peccatis mortali
bus ſiue criminalibus ꝛ de radicibus ipſorum.
De ſupbia ꝛ de radicibus ſuis. Primo voluit
ſuperare maiores ꝛ deſpicere equales ꝛ inferi
ores. Item fuit arrogās dicēs ſe habere mltas
diuitias quas nō habuit. Itē fuit contentioſus
impugnando veritatē ꝑ magnū clamorē. Item
noluit eſſe obediens neqꝫ ſuo cōfeſſori nec man
datis eccleſie. Item fuit ꝑſumptuoſus credens
plus ſcire vel valere qꝫ ſciat vel valeat. Item
fecit bona in publico propter laudem. Item
fuit ingratus nolens reddere gratias Deo de
beneficijs per eum acceptis. Item iactauit ſe

habere multa bona ꝛ multos magnos amicos

¶ De auaritia ſeu cupiditate.

¶ Primo fuit nimis cupidꝰ ad bōa ꝛ honores huiꝰ mūdi. Itē cuſtodiuit diuitias ſuas curioſe. Item expēdit bona nimis parce. Item ſi fuerit ſymoniacus vendendo vel emendo ſpiritualia. Item de vſura ſi preſtitit ad vſurā pecuniā vel bladū vt videlicet recipiat lucrū vel ſeruitium. Itē ſi furatꝰ fuerit aliqd. ſi ↄ̄tinet alienā violēt

¶ De luxuria ꝛ pollutione.

Primo delectatur in opere carnali mente vel facto ꝛ ſine ratione. Item ſi cognouit carnalit alienam mulierē vel ſuam conſanguineā. Item de pollutiōe facta de die vel de nocte vigilādo vel dormiēdo. Item ſi cognouit propriam vxorē in puerperio aut in vigilijs aut in ieiunijs vl diebus ſolēnibus vel quando erat infirma corpore. Item ſi contra naturam maſculus cum maſculo vel cum beſtia. aut mulier cū muliere. vel in loco non ordinato.

¶ De ira ſeu rancore.

¶ Primo qꝛ voluit habere vindictā d̄ iniurijs ſibi factis vel dictis. Item nō voluit indulgere

amore dei nec expectare vindictam dñi. Item si tenuit rancorem contra aliquem. Item non tenuit patientiam in aduerſis: nec voluit refrenare animũ ſuum. Item voluit malum quod non poteſt complere: ſicut furtũ aut homicidiũ Item predilexiſſet quandoqꝫ iudeus fuiſſe ꝙ xpianus. et mortuus ꝙ viuus.

¶ De guloſitate.

¶ Primo comedit vel bibit vltra neceſſitatem Item comedit vel bibit nimis auare. Itẽ comedit vel bibit ante horam. Item pauit cibaria care et ſuperflue. Item nõ abſtinuit a cibo vel potu vt daret pauperibus et egenis. Itẽ tenuit mẽſaꝫ nimis longe. Itẽ fregit ieiuniũ ꝓpter ventrem.

¶ De inuidia ſeu maliuolentia.

¶ Primo quia habuit gaudium de damno aliorum. et doluit de bono ipſorum. Item plures blaphemauit iniuſte. Item mouit diſcordiam ſepe inter amicos et coniugatos ac proximos. Item tacuit bonum alioꝝ: nec voluit audire et referre laudem bonoꝝ.

¶ De accidia ſeu pigritia.

¶ Primo fuit piger mane ſurgere: ire ad eccle-

ſiam: ꝛ miſſam audire. Itē fuit piger fragmēta colligere ꝛ ipſa pauperibus dare. Item maluit eſſe occiſus ꝙ deum laudare aut bonum opus facere. Item negligēs fuit bona terre colligere ꝛ ipſa debite ſeruare. Item nō fecit diligentiam de inuitando alios ad bonū opus faciendum. Item negligens fuit ſe tenere honeſte.

¶ De decem preceptis legis.

¶ De primo non credit firmiter in deum: nec amauit eum ſuper omnia vel nimis dilexit vxorem ſuam filios aut filias. De ſecundo iurauit deum ꝛ ſanctos ſine neceſſitate: ꝛ ꝙ iurauit ſcienter. De tertio: non ſeruauit mandata nec feſta: nec abſtinuit ſe a peccato. De quarto nō honorauit parentes naturales vel ſpirituales: nec ſanctam matrē eccleſiam. De quinto ſi peccauit occidēdo vel nō iuuando moriētes famē vel frigore. De ſexto: rapuit bona eliena aut cōſenſit: nec reſtituit inuenta. De ſeptimo: peccauit cognoſcendo vel deſiderando mulierē alienam. De octauo: dixit teſtimonium falſum ꝛ mendacium ꝛ plures diffamauit. De nono cognouit vel cōcupiuit vxorē proximi ſeu eam

ſubornauit. De decimo ⁊ vltimo cōcupiuit vel rapuit bona ſui vicini: aut ea non cuſtodiuit.

¶ De duodecim articulis fidei.

¶ Primo non bene credidit in deum patrem: ſed credidit ſortilegijs ⁊ ſomnijs augurijs ⁊ inuocationibus demonū. De ſecundo non bene credidit in filium dei ſcilicet in dominū noſtrum ieſum chriſtum. De tertio: q̄d ſit conceptus de ſpiritu ſancto ⁊ natus ex Maria virgine. De quarto: ꝙ fuit crucifixus mortuus ⁊ in ſancto ſepulchro ſepultus. De quinto ꝙ tertia die reſurrexit ex mortuis in carne ⁊ oſſibus ſuis. De ſexto: ꝙ aſcendit ad celos ſedet ad dexterā dei pr̄is. De ſeptimo ꝙ ipſe iudicabit oēs ⁊ reddet vnicuiqꝫ iuxta opera ſua. De octauo non bene credidit in tertiā perſonā trinitatis ſcilicet ſpiritum ſctū̄. De nono nō bene credidit in ſanctaꝫ eccleſiaꝫ ⁊ facta ⁊ ordinata p̱ eam. De decimo non bene credidit in ſacramentum altaris: ⁊ ꝙ digne ſumens ſaluabitur. De vndecimo non credidit generalem reſurrectionem futuram in corpore ⁊ anima. De duodecimo non credidit ꝙ paradiſus ſit vita eterna ⁊ gloria beatorum.

¶ De ſeptem operibus mi-
ſericordie temporalibus.

¶ De primo non dedit panē eſurientibus: nec cibum ꝛ debite cuſtoditū. De ſecūdo nō dedit bibere ſitiētibus ſaltē aquam mundā ꝛ recentē. De tertio nō viſitauit infirmos: nec dignatus eſt eos inſpicere. De quarto nō veſtiuit nudos: nec cooperuit eis mēbra pudibunda. De quinto nō hoſpitauit pauperes amore dei: aut pro ſua pecunia. De ſexto nō redemit incarceratos: nec voluit intercedere pro ipſis. De ſeptimo nō ſepeliuit defunctos nec ꝓcurauit ad ſepeliēdum.

¶ De ſeptem operibus mi-
ſericordie ſpiritualibus.

¶ Primo nō dedit conſiliū petētibus: vl' dedit malum conſiliū ꝛ ꝑuerſum. De ſcdo nō docuit fidem ignorantibus. De tertio noluit dirigere ꝑuiātes. De quarto nō dedit cōſiliū caretib⁹. De quinto nō planxit dolores pauperum. De ſexto non orauit pro peregrinantibus nec etiā pro laborantib⁹. De ſeptimo non effudit ꝑces nec dedit elemoſynas pro fidelibus defunctis.

¶ De ſeptem ſacramētis eccleſie.

¶ De baptiſmo nõ credidit ꝙ p eũ pctã relaxe
tur ⁊ culpa remittatur· De cõfirmatione quã
fecit epiſcopus· De ſacris oꝛdinibus inſtitutis:
De ſacrificio miſſe ſeu hoſtie· De matrimonio
qḋ deus inſtituit· De ſacra penitentia ⁊ cõfeſſi
one· De extrema vnctiõe; quibus nõ adhibuit
fidem rectaꝫ ⁊ verã: nec recipit nec honoꝛauit
vt debuiſſet· Item de ꝯfeſſione nõ debite facta
Item de penitẽtijs non debite cõpletis· Item
de participando cum excõmunicatis·

¶ Tractatus de abſolutionibus·

¶ Queriť qs poteſt abſoluere? Reſpondeť ꝙ
deus pꝛincipaliter· nã ſolus deus pctã remittit
Secundo dñs papa vel ſuus pẽnitẽtiarius põt
abſoluere penitentẽ vel cõſiſtentẽ· Tertio epi-
ſcopus ſuũ dioceſanũ abſoluere põt ⁊ non aliũ·
Quarto curatus abſoluere põt ſuũ verũ parro
chianũ· Quinto q̄libet pꝛeſ byter de licẽtia cu-
rati ꝓpꝛij vel ſuperioꝛis· Sexto religioſi pꝛiuile
giati ſicut mendicantes aut alij· Septimo de
caſibus papalibus ⁊ reſeruatis ſolus papa vel
ſui penitentiarij· Octauo de caſibus epiſcopali
bus epiſcopus abſoluit ſuum dioceſanũ: aut ſui

vicarij ſeu penitētiarij. Nono omnis preſbyter poteſt abſoluere penitentem in articulo mortis ab omnibus peccatis quibuſcunqꝫ. Decimo laicus poteſt abſoluere penitentem in articulo mortis cum non poſſit haberi ſacerdos.

¶ Qui non debet abſolui ⁊ cuius abſolutio non valet.

¶ Primo confitens qui dicit ſe nō velle aut nō poſſe penitere. Secundo non volēs indulgere nec volens rancorem dimittere. Tertio nolēs reddere inuenta cū ſciat q ea pdiderit. Quarto nolens reſtituere furta ſiue damna p eum facta Quinto nolens ſoluere debita ſua cū hoc bene poſſet ⁊ habeat vnde. Sexto adultus in quo nō apparēt aliqua ſigna cōtritionis. Septimo cōfitens alteri q̄ ſuo curato ſine licentia eius vel ſuperioꝝ. Octauo excōicatus a canone vl a iudice p ſententiā latā. Nono qn̄ peccatum eſt reſeruatum confitens debet mitti ad ſuperiorem. Decimo obſtinati in aliquo pctō: ſicut philhardi: meretrix: aut vſurarius. tn̄ ſi inſtāter requirūt poſſunt abſolui ⁊ pnīa iniungi: videlicꝫ q hmōi pctā relinquant ac furta inuenta ⁊ de-